Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift

horoscopi legimus. Igitur iuxta zodi
aci quidem diuisionem xv kalenda
rum aprilium quando facta est lux
solaris signum ingreditur. Juxta
uero primae suae conditionis ordinem
xii kalendarum ss initium sui
circuitus & omnium simul tempo
rum caput adtollit. Juxta quod ana
toliur laodiciae antistes de aequi
noctio scribens euidenter astruit.
In quadie inquit inuenitur sol non solum
conscendisse primam partem. uerum
& iam quadram iamin ea die habere
id est in prima ex xii partibus. hac
autem particula prima ex xii uernale
est aequinoctium & ipsa est initium
mensium & caput circuli & absolutio
cursus stellarum quae planetae id est
uagedicuntur. A finis xii mae
particulae. & totius circuli terminus
Ubi & uerissime intellexit & eligan
tissime promsit. Non nisi in aequi
noctio uernali quantum ad natu
ram caput esse signiferi. & ibi xii
signa quae abillo particulae nuncu
pantur initium ibi habere termi
num. Ibi quadrantem quem bissex
tum diximus. Ibi saltum lunae
incipere a finiri. Ibi annum mag
num hoc est planetarum cursum
exordium. finemq; sortiri.

DE NOCTE

VII. NOX DIE TA QD
noceat aspectibus uel negotiis humanis. siue quod in ea fures
latrones q; nocendi aliis occasio
nem nanciscantur. Est autem nox
solis absentia terrarum umbra
conditi. donec a occasu redeat ad
exortum. Juxta quod naturam
eius & posita describens. Ruit in
quit oceano nox inuoluens umbra
magna terrasq; polumq;. Et salo
mon sacris litteris expressit. Qui
pascitur inter lilia donec aspirat
dies & inclinentur umbrae. Eli
gantiq; sensu decessionem
noctis inclinationem appellans
umbrarum. Nam qm procondici
onibus plagarum quibus solis cur
sus intenditur. & splendorem eius
a nobis obiectio terrenemolis ex
cludit inumbratio illa quae nocti
natura est. Haere igitur. ut ad
sidera usque uideatur extendi.
Merito contraria uicissitudine
id est lucis exortu umbras incli
nari. noctem uidelicet depraemi
pelliq; signauit. Quam uidelicet